UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 121. Jacobi Clementis facinus a Sixto V. approbatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67246

Visual Library

Saecul. XVI. A.C. 1589.

exercitus inde caſtra moviſſet, ad ſancti Clodoaldi oppidum quamplurimi utriusque ſexus eum locum, in quo Clemens ſupplicio affectus eſt, veneraturi proficiſcerentur, ac terram ejus cruore madidam reportarent: aſt dum glebas inde excretas in naviculam, qua domum reverti parabant, impoſuerunt, vento vehementi ſuborto ea indignis hiſce Reliquiis onuſta unacum vectoribus ſubmerſa periit, ut ne unus quidem evaderet.

§. CXXI.

Jacobi Clementis facinus a Sixto V. approbatum.

Thuan. l. c. Davi. hiſt. des guer. civil. l. 11.

Poſtquam de Henrici III. Regis cæde Nuntium Romam allatum eſt, Sixtus V. die undecima Septembris habito Purpuratorum Senatu orationem habuit, in qua juxta indolem ſuam primævo naturæ vitio duram, atque imperioſam Jacobi Clementis indolem, ac fervens erga Religionem ſtudium deprædicabat, eumque Judithæ, & Eleazaro comparabat; cum adeo dominarentur præconceptæ opiniones illis innixæ principiis, quæ immodicum fidei ſtudium ferventibus tumultibus, ac confuſione ſtabiliverat, priusquam eorum falſitatem dignoſcendi opportunitas erat, quæ tamen poſtea redeunte temporum tranquillitate detecta eſt.

INDEX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN